



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XL. de consecratione Ecclesiæ vel Altaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

270 LIB. III. TIT. XL.

ex officio incumbit visitare Ecclesiam
monasterium, sive sit Episcopus, sive
chidiaconus, sive Decanus, sive etiam

d. c. 6. in gatus S. Pont. Et tum tantum debet
pr. &c. 17. quando ipsimet Prælati visitant, nec
b. t. c. 13. eo- alios submittant ad visitandum.
dem.

7. Teneturne quælibet Ecclesia vel monas-
trium visitationem admittere & solven-
procurations?

d. c. 17. in omnino nisi vel Ecclesia vel monas-
trum probet, se speciali privilegio S. Pon-
t. esse exemptum. Non obstante, quod

c. 24. eo- Ecclesia aliqua diu forte steterit, nec in
dem. quam procurations visitanti exhibent.

Quinimo adeo favorabiles sunt hæc pro-
curations,

d. cap. 17. rationes, ut nulla præscriptione tolli pos-
sunt, cum pendantur in signum submis-
sionis.

c. Cum non nisi & obedientiæ, quam contra Præ-
lacieat 12. subditus nequit præscribere. Quod
sup. de vero & quo ordine facienda sit visitatio
præscript. præscribit Concil. Trid.

sciss. 24. c. 3. De Consecratione Ecclesiæ vel
de reform. Altaris.

TIT. XL.

Non satis est, Ecclesiam esse fundatam &
dotatam, sed præterea consecrari do-
bet, & tempore consecrationis censu-
de quibus dictum, constitui solent.

h. E.

1. Ecclesia qualiter & a quo conse-
cranda?

Consecratio hæc, quia actus est sole-
mnis ipsius Episcopi (per quem illud,
quod prius profanum erat, dedicatur &
efficitur sacrum) fieri non potest ab alio,
quam Episcopo diœcefano, nec mandari
alteri, quam Episcopo: quia consecrare
Ecclesiæ ordinis est Episcopalis, quæ ve-
ro sunt ejus ordinis, nemo exercere pot- *can. Alta-*
et, nisi qui ordinem illum habet. Nec tan-
ria de con-
tum Ecclesiæ consecrandæ sunt, sed & al-
secr. dist. I.
taria singula in Ecclesiis solent consecra-
ti ac benedici simul, quorum illud fit oleo
facto, hoc vero aqua benedicta.

2. Quia solemnitate?

Quando consecratur Ecclesia, tunc *Gl. & Art.*
panieres unguntur oleo sacro, celebra-
tur Missa (quamuis celebrationem Mis- *in can. c.*
sa non tam de substantia consecrationis, *Ordina-*
sed magis de honestate esse velint) fun- *tiones dist.*
duntur preces ad Deum, & atrium Ec- *75. can. I. c.*
clesiae aqua benedicta aspergitur. Item, *Omnes*
quando consecratur Altare, funduntur *&c. Nemo*
similiter preces ad Deum, & mensa Al- *de conse-*
taris chrismate delimitur. Adhibentur *dist. I. de*
quoque reliquiae Sanctorum, si haberi *can. Alta-*
possint. *ria c. I. b. t.*

Apud

(Apud nos ejusmodi superstitionis & ben
Scripturæ minus congrui ritus in Consecratio
altaris merito haud observantur: videlicet
rietes non vnguntur oleo sacro , nec atrium
qua benedicta aspergitur , nec reliquæ sanguis
adhibentur .)

3. *Quid obtainere dicendum quoad Cemeteria?*

c. Abolen- Hæc non consecrantur , sed tam
da & ibi benedicuntur ; & propter hanc bend
Abbas de ctionem locus per illationem mortuorum
sepult. can. ligiosus jure civili factus , sit etiam factus
Nemo i. hoc jure . Et ut Altaria res sunt sacræ
disinct. i. benedictæ , ita Cœmeteria sunt res religio
sæ & benedictæ .

4. *Ecclesia consecrata & polluta velutum
consecranda?*

Non quidem consecranda denuo , sed
reconcilianda : etiam per Episcopum ,
cap. 47. & idque aqua benedicta , vino diluta &
ult. b. t. cinere conspersa : Ecclesiaque polluta est
iam cœmeterium eidem contiguum ce
setur esse pollutum : non contra , ne
c. un. eo- nus dignum , magis dignum , aut accessori
dem in 6. um ad se trahere principale videatur .

(Similiter & hic modus Ecclesiam polluta
reconciliandi (uti loquuntur) per benedictam
aquam , vino dilutam & cinere conspersam
ineptus .)

5. Quid si diruta fuerit Ecclesia, vel
Altaria?

Quod si parietes Ecclesiæ integri per- c. Ligneis
manserint, vel Altaria non fuerint mota 6. hoc tit.
aut enormiter læsa, nec Ecclesia, nec Al-
taria denuo consecrari debent: ergo a
contrario sensu, Ecclesiis omnino diru-
tis, & Altaribus solo adæquatis ac vehe-
menter læsis, tum iterum consecranda e-
runt. In quo differt jus Canonicum a ju- S. Sacra
re Civili: nam hoc jure locus, in quo æ. res 8. Inst.
des sacrae fuerunt ædificatæ, etiam diruto de rer.
adificio sacer manet. divis.

De missarum celebratione, & Sacra-
mento Eucharistiae, & divinis of-
ficiis.

TIT. XLI.

Res Ecclesiasticae, Clericorum, Regularium & Laicorum communes, sunt Sa-
cramenta Ecclesiæ, inter quæ primum
locum obtinet Sacramentum Eucha-
ristie, quod in celebratione Missarum
conficitur.

I. *Missa quid nominis, & quid rei?*

*M*issa amittendo sive dimittendo nomen
habet, quod & verba, quæ Diaconus
posse solebat, insinuare videntur, sive in

S

Mis-